



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

12. An Advocatus, si causa sit criminalis, possit in dubio facti patrocinari contra reum? Ex p. 3. tr. 13. res. 6.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

biles sententia, sed & si res sit dubia, omnino Aduocatus non peccat patrocinando. Et probatur, quia Aduocatus nec sententiam profert, nec iudicem cogit proferre: solum proponit, quae sui clientis ius confirmare possunt, quae proponere iudicii, in causa dubia non est iniustum, sed iuvat, ut à iudice causa melius expendatur. Ita Lorca, quod est valde notandum. Vide pro hac sententia D. Antoninum p. 2. tr. 1. c. 19. §. 8. Angelum ver. Aduocatus n. 17. Arniel. n. 20. Sylvestrum q. 10. & Nauarum in summa, c. 25. n. 28.

## RESOL. XII.

*An aduocatus, si causa sit criminalis, possit in dubio facti paro in iuri contra reum? Ex p. 4. tr. 3. Res. 47.*

Sup. hoc in  
res. praeterea  
& in alio §.  
eius anno.

§. 1. **N**egariam sententiam tenet Ioannes Salas n. 1. 2. tr. 8. disp. 8. et c. 2. c. 1. n. 108. quia in dubio non potest reum iudex licet condamnare, sed debet illum absolvere. Ergo non potest Aduocatus id à iudice petere.

2. Sed hanc opinionem refellit Merolla in disp. Theo. 10. 1. disp. 3. c. 4. corollar. 6. n. 56. quia sequeretur neque in causa civili quando est dubia, posse Aduocatum contra reum patrocinari, qui etiam in tali causa iudex debet reum ab oluere. Nam quando iura partium sunt obscura, seо faveendum esse tradit leg. c. 1. fini de regulis iure in 6. Sed consequens est falsum; ergo, &c. Addé quod minus Aduocati non est rem definire, sed illius minus tantum est proponere sincerum factum, & merita cause, ut iudex polica illa expendendo iustè sententiam ferat. Et ideo hanc sententiam, nempe non solum in causa probabili, sed etiam in causa dubia posse Aduocatum contra reum patrocinari, temui etiam ego ipse in part. 2. meorum resolutionum, tr. de opin. probabili, resol. 6. vbi pro hac sententia citavi Lorcam & Malderum.

Quo hic est  
Res. antece-  
dens.

## RESOL. XIII.

*An in dubio quis censendus sit illegitimus?*  
*Ex quo sequitur expositum, de cuius parentibus dubium  
est, subdendum esse legitimum.*  
*Etiamque infersus quod si dubitetur, an aliquis filius sit  
naturalis, vel spurius debet presumi, quod potius sit na-  
turalis, quam spurius. Ex p. 4. tr. 3. Res. 6.*

Sup. hoc in  
tom. 5. tr. 5.  
Res. 41. 42.  
& 43. cum  
multis aliis in  
10. 1. 9. 19. art. 5. dub. 1. concl. 2. Turrianum in opus.  
Doctores in  
Theologicis opus. 10. diff. 2. dub. 1. Castrum Palauum 10. 1.  
10. 1. diff. 2. 1. pur. 1. 5. per iurum Villalobos in summa to. 1.  
32. & Restat.  
paulo post  
tr. 1. difficult. 20. n. 10. & Sanctacellum var. resolu. tom. 1.  
initialium, & in  
9. 24. p. 20. & seq. vbi etiam probat quod si dubitetur  
alios §. eius an aliquis filius sit naturalis, vel spurius, debet presumi  
quod potius sit naturalis quam spurius.

§. 1. **R**espondeo negatiuē cum Maldero in 1. 2. D. Thome quaſt. 19. art. 5. disp. 87. vbi sic ait. Qui dubitat an sit legitimi tori, non tenetur sequi partem tutiorem, sed potest sequi mitiorem, etiam contra possidentem, saltem in materia iustitia, v. g. quando adeunda est hereditas; probatur ex 1. filium ff. de his que suis vel alieni iuris sunt, & c. 1. Sylvestri c. 1. filii q. 12. & communis aliorum, extendit id Salas etiam ad illum de cuius natalibus ab initio dubitatum fuit, & cuius fratres iam sunt in possessione hereditatis. Hinc sequitur expositum, de cuius parentibus dubium est, habendum esse legitimum. Ita Malderus, vide etiam Martinez multis aliis in 10. 1. 9. 19. art. 5. dub. 1. concl. 2. Turrianum in opus. Doctores in Theologicis opus. 10. diff. 2. dub. 1. Castrum Palauum 10. 1. 10. 1. diff. 2. 1. pur. 1. 5. per iurum Villalobos in summa to. 1. initialium, & in 9. 24. p. 20. & seq. vbi etiam probat quod si dubitetur alios §. eius an aliquis filius sit naturalis, vel spurius, debet presumi quod potius sit naturalis quam spurius.

R E S O L . XIV.  
Quis teneatur alere illegitimum, quando duo dabantur  
uter ipsorum sit eius pater?  
Et quid quando unus ex his est nobilior, & dicitur Ex.  
4. tr. 3. Res. 31.

§. 1. **A** b utroque soluenda esse alimenta, docet Tur. 6. trianus in opusculis theologis, tom. 1. opus. 10. 1. 2. 1. 3. dub. 5. dub. 3. Martinez in 1. 2. tom. 1. quaſt. 19. art. 6. dub. 5. concl. 2. Vasquez in 1. 2. disp. 66. c. 8. n. 7. & Villalobos in summa, tom. 1. tr. 1. difficult. 20. n. 11. vbi sic ait. [Si Pedro, y Iuan dudan qual dellos es padre de Francisco, porque ambos tratan con su madre, ambos deuen alimentarla pro medietate, y si el uno no puede, o no quiere, lo deue el otro hazer.] Ita ille, & Azoguis in 10. 2. lib. 2. c. 19. quaſt. 8. assertens vt Villalobos, quoniam patre deficiente, vel nonolente filium alete, alium esse obligatum in integrum.

2. Sed hoc non approbat Salas in 1. 2. tr. 8. disp. ena. et c. 2. 4. n. 24. 8. & Caſtrum Palauum 10. 1. disp. 3. quaſt. 4. n. 15. quia aduersus quemlibet non habet filius integrum ius; & hanc opinionem ego teneo. Quod vero alter ex iis de quibus dubitatur, uter sit pater dicitur, aut nobilior, parum refert, vt ei potius quidam alter filius tributatur, ac proinde obligatio alimentorum ipsum potius, quam alterum constringat. Ita Vasquez in 1. 2. disp. 66. c. 8. n. 48. licet etiam probabilitate aſterat Salas & Palauum vbi supra. si patres iniquales in diuitiis, & nobilitate sint posse matrem à ditioni & nobiliori plus alimentorum exigere, quia ditor & nobilior meliora alimenta tenebatur filio ministrare.

## RESOL. XV.

Quando duo cognoverunt feminam & dubium est magis problem unius esse, quam alterius, an iverque teneant ad alimenta pro equalitate dubit?

Et quid est discordum, quando dubium non est inter duos adulteros, absente marito, sed inter marion & adulterum?

Et infertur non solum adulterum non teneri ad refutationem mariti, si probabilitate credat problem est sicut si amans, etiam si simul credat probabilitate esse suum. Et in exemplum prædictarum questionum alii dicuntur adducuntur valde notandi. Ex p. 7. tr. 11. & Milc. Res. 35.

§. 1. **H**anc quaſtionem me citato nouissime per-  
ſequor. In tractatu Eminentiss. Lugo de iust. 1. 1. disp. 1. n. 1. feſt. 1. dub. inciden. n. 20. & seq. & negatiuē tentia-  
tent, nam quotiescumque non constat fatem per pre-  
sumptiones, vel judicia probabilitate hunc esse tuum filium, videtur te non teneri eius alimenta præstare. Pro-  
bant hanc sententiam, quia si aliquis invenientur occi-  
sus, & dubitetur, an occitus sit à Petro, vel à Paulone, possum dubium illud separari, inquit enim punit viru-  
que, cum certum sit alterum ex illis esse innocens, atque adeò, si iverque puniatur, certum est imocep-  
tem puniri. Vnde barbarum omnino, & crudelis fuit  
quod Princeps quidam fecisse narratur, qui cum nefaci-  
ret, quis ex tribus famulis certos suos fructus preſolli-  
fimis comedisset, iussit singulos fecari, ut appareret, in  
cuius stomacho reperirentur, propter in secundo appa-  
ruerunt, primus autem innocens fecerit. Non enim  
sunt puniendi innocentes, vt inter eos delinquiens  
puniatur, sed potius dimittendus est delinquiens, ne  
innocentes puniantur. Ex quo argui potest ad ca-  
sum nostrum, quia licet restitutio, vel solutio non  
sit propriæ poena, est tamen quasi poena: nam sicut  
ex furto, v. g. oritur debitum paenam, sic erit  
ex oritur debijum reparandi damnum tunc, quod ex  
furto consequitur. Vnde sicut ob delictum incerrom,